

Fortitudo e  
cum fonte primo

In duobus generibus fortitudo spectatur animi:  
primo ut exteriora corporis pro minimis habeat  
et quasi superflua despicienda magis quam  
expetenda ducat, secundo ut ea que summa  
sunt omnesque res in quibus est honestas

preclara animi intencione usque ad effectum  
prosequatur.

Ambrosius libro I. de officiis.

Haec igitur prima uis fortitudinis quoniam  
in duobus generibus fortitudo spectatur animi:  
primo, ut externa corporis pro minimis habeat  
et quasi superflua despicienda magis quam  
expetenda ducat; secundo, ut ea quae summa  
sunt omnesque res in quibus honestas  
et illud  $\pi\rho\epsilon\pi\omicron\nu$  cernitur,  
praeclara animi intentione usque ad effectum  
persequatur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 36  
(CCSL 15, M. Testard ed., p.67, ll.28-33).